



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quem Apostoli Iesum dicunt?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 15.

Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis?

QVÆSTIO I.

Quem Apostoli Iesum dicunt?

§. 1. **P**etrus ceteris tacentibus respondet, & quantum Apostolica fides ab opinionibus vulgi differt, insigni confessione demonstrat. Primo Christum appellat, deum, filium Dei viui. Christum officio, regem Iudaë, & sacerdotem; Filium Dei viui, viuum ipsum & naturalem. Magnum diuinitatis Christi argumentum. Nam ceteri qui Baptisma, aut vnum ex prophetis estimabant, filium Dei adoptiuum credebant; Petrus autem maius aliquid indicauit, nempe naturam esse filium Dei. Hilar. in com. & de Trinit. lib. 6. Dyon. Alex. contra Arianos. Athanas. serm. 3. contra Arian.

§. 2. Bla phemant tamen Christi maiestatem Ariani in Translucania ministri. l. 2. c. 7. & Blandrata. disp. 6. Albani. Ideo Christum dici filium Dei viui, quia de Spiritu sancto, non de viro conceptus fuerit. Scriptura tamen hoc effigium occultant. Si enim ideo solum Dei filius, quia à Spiritu sancto in utero formatus est, ergo filius Spiritus sancti dici potest. & debet: at Spiritus sanctus ab eo procedit & in sanctissimæ Trinitatis inuocatione, filius præponitur Spiritui sancto.

Deniq; si non alio modo, quam Adam atq; Angeli filius Dei diceretur, nempe creatura sine Patre producta, vel à solo Deo, non est causa cur tantopere ceteris præferatur, aut filius Dei viui dicatur, quasi filius naturalis Dei. Est autem firma confessio, veraque & inuolabilis fides, inquit S. Hilar. Ex Deo Deum filium profectum esse, perfectam confessionem est, qualis Petri est, qui complexus omnia, qui & naturam & nomen eius expressit, in quo summa virtutum est, atque ultra humanos oculos respexit, non quod ex carne & sanguine est, conueniens, sed Dei filium celesti patris reualutione conspiciens, dignusque iudicatus est Petrus, ut prima luminis in Christo esse cognosceret.

§. 3. Petrus respondet: fide enim & charitate emittitur, ut Hieronymus & Hilarius. non Commissarius quini, nec sciebat enim sensum omnium, sed omnium silentio eius responsum probatum est. Deinde quia Princeps erat, ut Chryl. homil. 55. & dignitate primæ, ut Cyprianus. Abulensis: sane inter causas recensent, quod Petrus futurus esset vniuersalis Pastor, ideo per eum solum factam esse confessionem, ut consisteret talis esse tuendam fidem, qualem prædicat Romana Sedes, quæ est caput & mater Ecclesiarum, cui Petrus præfuit.

§. 4. Cum vero filium Dei viui vocat, Apostolica sententia hæc in Nestorianam condemnat. Vnam enim personam in Christo assueuerat. Quæstio à Christo proposita est. Quem dicitis me esse, qui sum filius hominis? Respondet Petrus. Tu es Filius Dei viui. Filius enim hominis est filius Dei, non alia persona filius hominis: alia, filius Dei, sed vna eademque persona. Insignis itaque locus est contra Nestorium. Christus autem eodem deinde modo Petro respondet, eum quoque qui Petrus est, eum esse super quem sit ædificaturus Ecclesiam. Nestorius Christi personam distinxit, Petrus viuum Deum & hominem agnoscit. Vide Cyprianum Alexand. de fide ad Reginas. quod Iesus Christus, Christus sit Dei filius & Dominus, idem, Epistol. ad Nestorium. Iren. lib. 3. cap. 18. Hippolit. ad Psal. 2. Eustachius Antiochen. sermou. in illud: Dominus creauit. Proclad Armenios. Ildorus Pelusior. lib. 3. Epist. 130.

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

Concilium Chalced. Act. 5. Concilium 5. Constant. Maximus monachus, de duabus in Christo naturis. Eutychianus Papa ad Ioannem & Episcopos Beticæ. Carius Papa ad Felicem. Ambros. lib. de fide c. 6. Eucherius Lugdunens. Dominica in pentecoste. Boëtius de duabus in Christo naturis, & vna persona. Ioannes 2. Papa de duabus in Christo naturis. Greg. Mag. lib. 18. in Iob. cap. 27.

VERSUS 17.

Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus & Simon Barlona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est.

QVÆSTIO I.

Cur Petrus beatus?

§. 1. **H**onoris causa Petrum ita compellat: ut dicat Simon Barlona, appellatione enim parentis eum sibi commendatum asserit. Latina & Græca quædam exemplaria habent Simon Ioanna, & Ioanna. Ioan. an. 21. 15. & 16. & 17. Simon Ioannis dicitur. Hoc loco cum Syri. cædicant ברא ברא Beradeiauna, plerique interpretantur filium columbæ, verum cum sæpius dicatur filius hominis, non est dubium, hoc quoque nomen esse contractum ex יחזקאל Iechanna. omisso ה littera gutturali. Syrorum enim & Chaldaeorum est illa contractio. imo & apud Hebræos in nomine Ioannis esse solet. Nam primo dicitur יחזקאל Iehouachanan, inde Iouchanan, vel Iochanan, tandem Ionan & terminatione Syra Ioanna. Sic ex בעל bagbal, faciunt בעל begbil, & quia ב hic vix auditur: Bil, & bel, pronunciant, non iam primum vocatur Petrus, sed initio vocationis ita appellatus est, ut habet August. lib. 2. de consensu Euang. & constat ex Marc. 3. 16. Luc. 6. 14.

Vna est pars beatitudinis ex confessione ad tantum decus esse electum Chrysost. egregie explicuit: quem admodum tibi Pater ut me cognosceres dedit, ita tibi ego clauis regni colorum do, sicut Pater tibi diuinitatem meam manifestauit, ita tuam ego tibi excellentiam ostendo.

§. 2. Beatitudinis causam reddit, quia fidem veram, non caro & sanguis, nullus homo, nulla ratio, aut ingenium, sed Pater celestis reuelauit, arcana & superna reuelatione. Fides n. de Deo, non est à mundo, sed à Deo. Ita Synodus Chalced. Act. 3. Ter beatissimus, & omni laude dignus beatus Petrus Apostolus qui est petra, & crepido Catholica Ecclesia, & recta fidei fundamentum. Wittakerus excipit, Est, non fuit. At si tum erat, igitur & ante fuerat: caput esse cum illi hoc Christus dixit, non desuit esse, quia in successoribus manet. Et peculiare hoc Petro non aliis Apostolis tribuit. atque hoc est quod Nazianzenus Petrum esse talem petram, cuius fidei etiam Ecclesia fundamenta concredita sunt. Alia nempe ratio Apostolorum, & Episcoporum, illos enim per Petrum Deus sustentat. Mira cauillatio hominis hæretici, esse, non fuisse: quasi vero non fuerit antea si tum erat. Quorsum vero illa verborum occupationes, si de re constet sententia Concilii, neq; aliter quam de dignitate Pontificis Romani potest intelligi.

VERSUS 18.

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam.

Dd 2

siam